



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

Quæ Beneficia conferre non possit Episcopus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

quæ colligit causas sequestrationis, & latius Abb. & alij ib. Specialiter autem in beneficialibus de sequestris ordinatum est, ut si à prima sententia in Rom. Curia lata contra detentorem, nisi sit triennalis possessor, appellatur, etiam Ordinarius possit sequestrare huiusmodi beneficium. Qui casus est singularis quo inferior potest se intromittere in causa ad Rom. Curiam deuoluta. ad hoc Clem. vn. de sequestr. Cassad. decis. 5.

num. 3. ea. tit. si nimirum feratur sententia contra professorem, ut pro eo qui petit sequestrum: si autem pro possessore fuerit sententiarum, deneganda esset sequestratio. gl. in cit. Clem. vn. v. contra possessorem. Vestr. lo. sup. cit. cap. 2. num. 6. Si etiam iudex Rom. Curie seu superior præuenerit in decernendo sequestro, inferior amplius illud decernere non potest. Marant. par. 6. de appell. num. 177.

DE IURISDICTIONE EPISCO-

PI VOLUNTARIA

CAPVT V.

De Collatione beneficiorum.

VLtimo demum loco consideranda nobis venit potestas Episcopi iurisdictionis voluntariæ, ad quam reducemus bona, fructus, proventus, qui Episcopo ratione officij & dignitatis debentur, ab eoq; disponi possunt. Et primo quidem de potestate ipsius in beneficijs conferendis videbimus, hæc enim est iurisdictionis voluntariæ. vnde gl. in c. nouit. verb. terminos. de potest. leg. recenset beneficiorum collationem inter ea que sunt voluntariæ iurisdictionis, & quæ extra proprium territorium Episcopus seu Ordinarius exercere potest. hoc idem docet Innoc. in c. quia diuersitatem. de concess. præb. in fine. Abb. in c. cit. nouit. de po-

test. leg. & in c. accepta. n. 8. de restit. spol. Rot. in antiquiorib. per Bisign. de off. Vic. decis. 5. Selua. in tract. de benef. p. 3. q. 40. Couar. lib. 5. var. res. c. 20. nu. 8. Rebuff. in prax. benef. de form. Vic. Archiep. n. 227. Et eadem collatio beneficiorum inter fructus Episcopo debitos computatur. c. his qui. c. cum olim. un. gl. v. capitulo. de maior. & obed. Abb. in c. 2. nu. 6. ne sed. vac. Mohed. decis. 310. alias 29. de præb. nu. 2. Staphyl. de expectat. verb. intra formas. n. 50. Vnde etiam hæc potestas in beneficijs conferendis censetur singularis, nec intelligitur concessa concessione generali, nisi expressè concedatur. c. fin. de off. Vic. in 6. Paris. de resig. lib. 7. q. 21. num. 8.

ARTICVLVS I.

Quæ beneficia conferre non possit Episcopus.

- 1 **E**piscopus habet fundatam intentionem super collatione beneficiorum sua Diocesis.
- 2 **P**apa reservare sibi potest beneficiorum collationem.
- 3 **R**eservationes regularum Canc. expirant morte Pape.

- 4 Reseruationes Reg. Canc. quae sint.
- 5 Beneficia vacantia propter heresim, sunt Papa reseruata.
- 6 Beneficia Simoniacorum sunt Papa reseruata.
- 7 Beneficia collata contra formam Conc. Trid. sunt reseruata Papa.
- 8 Beneficia quae dicuntur affecta.
- 9 Beneficium litigiosum quomodo prouideri debeat.
- 10 Beneficia in Curia vacantia sunt Papa reseruata.
- 11 Papa derogare potest iuri patronatus Laicorum.
- 12 Iuripatronatus Principum nunquam derogatur.
- 13 Papa potest praeuenire Ordinarium in collatione beneficiorum.
- 14 Beneficia quomodo deuoluantur ad collationem Papa, propter negligentiam Ordinariorum collatorum.
- 15 Beneficia vacantia per execrabilem quando possint conferri per Ordinarium.
- 16 Beneficium Iurispatronatus si conferat Episcopus collatio est nulla.
- 17 Beneficium Iurispatronatus potest resignari sine consensu patroni.
- 18 Patroni consensus requiritur in permutatione beneficij patronati, vnione, commenda, pensionis impositione.
- 19 Patrono quae debeantur in Ecclesia patronata.
- 20 Patronus non potest presentare instituendum alteri quam Ordinarius.
- 21 Iurispatronatus quomodo acquiratur.
- 22 Iurispatronatus quomodo probandum.
- 23 Possessorium non requirit altiore indagine.
- 24 Scriptura authentica quae dicatur.
- 25 Episcopi literis quando creditur.
- 26 Libri Notariorum an probent.
- 27 Libri Chronicorum an probent.
- 28 Libri censurales an probent.
- 29 Consuetudo dat fidem scripturae non authenticae.
- 30 Fundatione probata censetur probatum Iurispatronatus.
- 31 Iurispatronatus quomodo queratur ex dotatione vel constructione.
- 32 Praescriptio quae sit utilis in querendo Iurispatronatus.
- 33 Iurispatronatus Magnatum praesumitur ex usurpatione.
- 34 Patroni inter se facilius possunt probare Iurispat.
- 35 Iurispatronatus quomodo deuoluatur ad successores.
- 36 Iurispatronatus donatio sine consensu Episcopi, an sit valida.
- 37 Iurispatronatus vendi non potest.
- 38 Iurispatronatus transit cum vtili dominio.
- 39 Iurispatronatus quibus ex causis committitur.
- 40 Iurispatronatus an aliquando derogari possit.
- 41 Legatus vel Nuncius an possint conferre beneficia.
- 42 Praelati inferiores vel Capitula possunt habere ius conferendi beneficia.

Omnium itaq; beneficiorum Ecclesiasticorum collatio & institutio spectat ad Epif. in sua Diocesi. c. nullus omnino. 16. q. 7. c. conquerente. de off. ord. c. ex frequentibus. de instit. Innoc. in c. postulasti. de Iurepatr. Felin. in c. cum venera-

nerabilis. nu. 31. de excep. Abb. in c. Abbatem. nu. 1. de rescrip. Des. cons. 117. Staph. de lit. grat. in proem. Mandos. in Reg. 14. Canc. q. 2. nu. 2. & habet fundatam intentionem in iure communi super collatione beneficiorum Episcopus in sua Dioecesi c. regenda. 10. q. 1. Mohed. decis. 136. alias 9. de restit. spol.

2. Limitatur tamen huiusmodi potestas ipsius primo reservationibus Papæ, qui cum sit Ordinarius Ordinariorum, & illi soli sit data plenitudo potestatis in Ecclesia. c. qui se scit. 2. q. 6. licet hanc potestatem in Episcopos trāstulerit, penes ipsum tamen maior remansit. c. dudum. de præb. in 6. & potestati Episcoporum prædicta derogare, collationesq; beneficiorum ad seipsum reuocare & aliqua reservare sibi potest. c. præsen. c. licet lo. cit. in 6. gl. singularis. v. reservamus. in extrau. execrabilis. Ioan. 22. de præb.

3. Vnde Papæ reservantur beneficia per extrauag. execrabilis. cit. & extrauag. ad regimen. eo. tit. comm. & cap. licet. cap. present. cit. Quas tamen reservationes sublatas postmodum fuisse vult Rebuff in prax. tit. de reservat. n. 38. Zecchus de benef. c. 5. nu. 5. Sed quidquid sit de istis, successerunt earum loco reservationes Regularum Cancellariz, quas quilibet Summus Pontifex immediate post suam creationem ordinare solet; quæ tamen expirant morte ipsius, vt notat Gomez. in proem. Reg. Canc. quest. 1. num. 2. Put. decis. 92. lib. 2. hancque opinionem esse communem & praxi vsitata receptam testatur Paris. de resig. lib. 11. quest. 2. nu. 31. Iterum autem reassumuntur à successore, & denouo publicantur Pauli R. P. V. feliciter moderni Reg. Canc. reservationes beneficiorum concernentes sunt, vt sequuntur.

Reservationes generales & Speciales.

In primis fecit easdem reservationes quæ in constit. fel. rec. Benedicti Papæ XII. qua incipit. Ad regimen. continentur & illa innouauit. ac locum habere voluit, etiam si Officiales in eadem constit. expressi Apostolica Sedis Officiales ante obitum eorum esse desierint, quoad beneficia quæ tempore quo Officiales erant, obtinebant. Declaras nihilominus beneficia, quæ dicta Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi eiusdem Sedis Notary erant, etiam dimissis ipsis officijs, & quandocunq; affecti fuerint, sub huiusmodi reservationibus comprehendit. Ac reservauit beneficia quæ per constitutionem Ioannis XXII. qua incipit. Execrabilis, vacant, vel vacare contigerit. Et ea etiam beneficia omnia de quibus ordinarij & alij collatores, contra Conc. Trid. Decreta disposuerunt, & disponent in futurum.

Reservatio Cathedralium Ecclesiarum & Monasteriorum, ac tempore vacatio Episcopatum vacantium beneficiorum.

Item reservauit generaliter omnes Ecclesias, Patriarchales, Primitiales, Archiepiscopales, Episcopales, nec non omnia Monasteria virorum valore annuum ducentorum florenorum auri communis estimatione excedent. Et voluit quod excessus huiusmodi in literis exprimat. Ac etiam reservauit dignitates & beneficia omnia ad collationem, presentationem, electionem, & quamcunque aliam dispositionem Patriarcharum, Primate, Archiepiscoporum, & Episcoporum, nec non Abbatum & aliorum quorumcunque collatorum & collatricum secularium & Regularium quomodolibet, non tamen ad collationem cum alio vel alijs, aut etiam ad alterius presentationem, vel electionem pertinentia, quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum seu Monasteriorum, vel aliorum dignitatum suarum dimissionem, seu

amissionē, vel priuationem, vsq; ad promotionem successorum ad easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel dignitates Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomocumq; vacant, & vacabunt in futurum.

Reseruatō dignitatum, nec non suorum & S. R. E. Cardinalium familiarium beneficiorum.

Item reseruauit generaliter dispositioni suae omnes dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus, etiā Metropolitanis & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auri communi extimatione exceden. principales in Collegiatis Ecclesiis. Reseruauit etiam Prioratus, Praeposituras, Praepositatus, ac alias dignitates conuentuales & praepetorias generales ordinum quoruncumq; sed non militiarum: Ac quaecumq; beneficia quae sui etiam dum Cardinalatus fungebatur honore existentes, ac S. R. E. viuentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium familiares continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt, eorū familiaritate durante, ac in quibus seu ad quae in eis competit, aut cōpetierit, etiā si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel alias recefferint. Declarās dignitates quae in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales non maiores existunt, & quae ex Apost. Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine praescripta, vel alias quouis modo in Collegiatis Ecclesiis principalem praeminentiam habere noscuntur,

sub reseruatione praedicta comprehendendi debere.

Reseruatō Beneficiorum Collectorum & Subcollectorum.

Item reseruauit generaliter omnia beneficia Ecclesiastica quoruncumq; collectorum & vnicorum in quacunque ciuitate vel Diocesi, qui suo tempore officia exercuerint, subcollectorum fructuum & prouentuum Camera Apostolica debitorum; illa videlicet beneficia duntaxat, quae durante eorum officio obtinebunt, & in quibus seu ad quae iustunc eis competebat.

Reseruatō Beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

Item reseruauit omnia & singula beneficia Ecclesiastica quoruncumq; Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur eam sequendo decedere contigerit in quouis loco, quantumcunque etiam à dicta Curia remoto.

Reseruatō Beneficiorum, Cubiculariorum & Cursorum.

Item reseruauit generaliter idem D. N. Papa dispositioni suae omnia beneficia Cubiculariorum, & Cursorum suorum.

Reseruatō Beneficiorum Ecclesiarum S. Ioan. La e. anen. & S. Petri ac B. Maria Maioris de vrbe & beneficiorum titularū Cardin. a Curia absentium.

Itē reseruauit dispositioni suae generaliter quaecumq; Canonicatus & Præbendas ac dignitates, personatus, & officia in S. Ioannis Lateranen. & Principia

Apostolorum, ac Beata Maria Maioris de vrbe Ecclesis. Nec non ad collationem, prouisionem & praesentationem, seu quamuis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Rom. Curia absentium ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum & Diaconiarum spectantia, quamdiu absentia sua durauerit, Canonatus & prabendas, dignitates, personatus administrationes, & officia, cateraq; beneficia Ecclesiastica cum cura vel sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe quam in Ecclesiis, Ciuitatibus, & Diocesis dictorum Episcopatum consistentia, ac decreuit irritum, &c.

Reseruatio Mensium Apostolicorum & de Alternatiua pro Episcopis residentibus

Item cupiens idem D.N. Papa pauperibus Clericis & alijs bene meritis personis providere omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura secularia & quorumuis ordinu regularium qualitercunq; qualificata, & vbiq; existētia, & singulis Ianuarij, Febru. Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris & Nouembris mensibus vsq; ad sua voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam alias quam per resignationem quocunq; modo vacatura, ad collationem, prouisionem praesentationem, electionem & quamuis aliam dispositionem quorumcunq; collatorum & collatricum seculariu & quorumuis ordinum Regularium (non tamen S. R. E. Cardinaliu) aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam & quoscunq; alios inisis, & per eos qui illa acceptare & obseruare debuerant, ac-

ceptatis & obseruatis qualedere non intendit comprehensorum, quomodolibet pertinentia, dispositioni suae generaliter reseruauit. Volēs in supplicationibus seu concessionibus gratiarum quae de dictis beneficijs tunc vacantibus etiam motu proprio fierent, de mense in quo vacauerint dispositiue mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse. Ac consuetudines etiā immemorabiles optandi maiores & pinguiore prabendas, nec non priuilegia & indulta Apostolica circa ea ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruatiōibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatorijs derogatorijs, & forcioribus, efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus & alijs decretis quibusuis personis & collegijs cuiuscunq; dignitatis, & status, gradus, ordinis & conditionis existentibus quomodolibet concessa, aduersus reseruatiōnem huiusmodi minimē suffragari. Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis quādiu apud Ecclesias aut Dioceses suas verē ac personaliter resederint duntaxat, de omnibus & quibuscunq; beneficijs Ecclesiasticis cum cura & sine cura Secularibus & Regularibus ad liberam ipsorum duntaxat non autem aliorum cum eis dispositionem seu praesentationem vel electionem, nec etiam cum concilio vel consensu seu interuentu Capitulorum vel aliorum aut alias pertinentibus quae in antea in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris & Decembris extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolica reseruata, vel affecta

non fuerint) liberè disponendi facultatē concessit. Ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorū in alijs sex mēsis videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iunij, Septembris & Nouēbris vacaturorū, (quæ etiā dispositioni suæ vt præferitur reseruauit) seu etiā aliorū dispositioni suæ & dicta Sedis alias quomodolibet reseruatorum vel affectorum sese intromiserint, aut quominus prouisiones & gratia Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur impedimentum quocūq; modo præstiterint, vsu & beneficio prædicta facultatis eo ipso priuati existant, ac collationes & alia dispositiones de beneficijs illius prætextu deinceps faciendæ nullius sint roboris vel momenti. Illi verò qui gratiam alternatiuam prædictam acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per parentes literas manu propria subsignatas, suoq; sigillo munitas, & in sua quisq; ciuitate vel diocesi datas declarare, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis & recognitis, tunc demum & non antea vti incipiant gratia supradicta. Decernentes sic in præmissis omnibus per quoscunq; & c. iudicari debere ac irritum, & c.

De literis in forma rationi congruit expediendis.

Item voluit idem D. N. Papa quod concessa per fel. re. Gregorium Papam XII. & Innoc. IX. Prædecessores suos, & de eorum mandato expediantur in forma Rationi congruit, sub die coronationis suæ, vt moris est, & idem quoad concessa per piæ me. Greg. XIII. Sixtum V. & Urbanum VII. etiam Prædecessores

suos ad sex menses duntaxat, ab ipso die coronationis incipiendos obseruari voluit.

Declaratio reseruacionis Ecclesiarū & beneficiorum per prædecessores reseruatorum.

Item declarauit omnium & singularum Ecclesiarum Cathedralium & Monasteriorum prouisiones, quas prædicti Prædecessores sui ordinationi vt dispositioni eorum, nec non omnia & singula beneficia Ecclesiastica quæ dicti Prædecessores etiam prædicta dispositioni cum interpositione decreti reseruauerant (quæ quidem Ecclesia & Monasteria nec non sic reseruata beneficia tempore obitus eorundem Prædecessorum vacabant, aut Ecclesia ipsa vel Monasteria huiusmodi, si commendata vel eis administratores deputati non fuissent etiam tunc vacassent) remansisse & remanere per huiusmodi reseruacionem & decretum affecta, nullumq; de illis præter Roman. Pontificem ea vice se intromittere vel disponere potuisse siue posse quomodocūq;. Decernentes irritum & inane si secus super illis attentatum forsan erat tunc, vel in posterum contingeret attentari.

Reuvalidatio literarum Prædecessoris gratiæ & iustitiæ infra annum concessarum.

Item prædictus D. N. omnes & singulas ab ipsis Urbano VII. & Gregorio XIV. ac Innoc. IX. Prædecessoribus suis infra annum ante diem obitus eorum concessas gratias vel iustitias literas, temporibus debitis eorum exequutoribus seu iudicibus non presentatas omnino reuvalidauit in statum pristinum in quo videlicet ante fue-

fuerant, vel quibus erant obtenta quo ad hoc plenarie restituit, ac decreuit per exequutores seu Iudices praedictos vel ab eis subdelegandos, ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse & debere, iuxta illarum formam.

Reuocatio vnionum.

Item rationabilibus suadentibus causis ipse D. N. omnes vniones annexiones, incorporaciones, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembraciones etiam perpetuas de quibusuis Cathedralibus nec non alijs Ecclesijs, Monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis eorumue domibus, praedijs & locis per cessum vel decessum, aut quamuis aliam dimissionem vel amissionem qualiacumq; fuerint inuicem, vel alijs Ecclesijs, Monasterijs & mensijs etiam capitularibus, dignitatibus, personatibus, officijs, beneficijs, ac pijs & alijs locis, vniuersitatibus etiam studiorum generalium, & Collegijs etiam in fauorem S. R. E. Card. seu Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs, per eos obtentis quomodolibet Apostolica vel alia quauis (non tamen Concilij Tridentini) autoritate, nec non pro fundatione seu dotatione, augmento vel conseruatione collegiorum, & aliorum piorum & religiosorum locorum, ac fidei Catholicae defensionem & propagationem, bonarumq; artium cultum institutorum factas, quae suum non sunt sortita effectum, ac quacumq; concessiones, & mandata, super vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & alijs praemissis taliter faciendis reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusq; decreuit existere firmitatis: nec

alicui quascumq; clausulas vel adiectiōnes aut decreta quae Sanctitas sua pro expressis haberi voluit, in quibusuis Apostolicis, etiam quae motu proprio aut ex certa scientia & consistorialiter processerunt & emanauerunt litteris, etiamsi in eis decretum esset illas extunc effectum sortitas esse, aut ius quaesitum fore, quomodolibet contenta, aduersus reuocationem & irritationem huiusmodi voluit aliquatenus suffragari.

Reuocatio facultatum quibusuis concessarum.

Item reuocauit quascumq; facultates concessas quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Pralatis, & personis, nec non Apostolica Sedis Nuncijs, ac fructuum & prouentuum Camera Apostolica debitorum collectoribus, de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contracto vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium & etatis defectibus, & de incompatilibus beneficijs Ecclesiasticis insinul retinendis, nec non de notarijs publicis creandis ac disponendo quomodolibet de quibusuis beneficijs Ecclesiasticis: & alias praemissis officijs ipsorum nunciorum & collectorum directe non concernentes, etiamsi in litteris desuper confectis sint clausula restitutoria & derogatarum derogatoria, & alia efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia in quibus facultates ipsa non sunt sortita effectum, etiamsi Nuncius eisdem dictae Sedis Legatus de latere competens sit concessa potestas. Decernens irritum, &c.

Reuocatio facultatum conferendi beneficia reseruata.

Item

Item reuocauit quascunq; facultates & literas desuper confectas per quas quicunq; sui Praedecessores Romani Pontifices quibusuis personis ordinariā collationem seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum de iure vel consuetudine habentibus, & quauis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali vel alia dignitate vel alio, non tamen Cardinalatus, honore fungentibus, quauis consideratione vel intuitu, etiam motu proprio & ex certa scientia ac de Apostolica potestatis plenitudine concesserant, aut quamdiu uiuerent, vel suis Ecclesiis siue Monasterijs praesent, aut ad aliud tempus de beneficijs Ecclesiasticis generaliter reseruatis seu affectis ad eorum collationem, prouisionem, praesentationem, electionem & quamuis aliam dispositionem, communiter vel diuisim spectantibus, disponere liberè & licitè ualerent, aut etiam ad id per eosdem Praedecessores Vicarij perpetui vel ad tempus constituti forent.

De dictionibus numeralibus

Item vt in Apost. literis committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, uoluit, statuit, & ordinauit, quod dictiones numerales qua in dictis literis ante Nonas Idus & Calend. immediate poni consueuerunt per literas & syllabas extensè describantur, & illa ex praedictis literis in quibus huiusmodi dictiones aliter scripta fuerint ad bullarium nulla senus mittantur.

De concurrentibus in data.

Item uoluit quod de concurrentibus in data eiusdem diei super vacantibus seu

certo modo vacaturis beneficijs, illi quibus gratia motu proprio conceduntur, ceteris simili modo gratias non habentibus, alia graduati non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter aequales graduatos prius graduati, nec non colorato titulo possessores non possessoriibus, ac inter personas alias in Curia praesentes absentibus ab ea, aut inter praesentes non beneficiati beneficiati, & similiter inter absentes ceteris paribus oriundis non oriundo, & dioecesanus non dioecesano, in reliquis uero singuli qui prius Apostolicas desuper literas eorum exequutoribus praesentauerint, alijs ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione praeferrantur.

De non tollendo ius quaesitum.

Item ne per varias qua pro commissionibus seu mandatis & declarationibus habendis in causis plerumque sunt suggestiones iustitia postponatur, idem D. N. decreuit & declarauit sua intentionis fore, quod deinceps per quamcunque signaturam seu concessionem aut gratiam vel literas Apostolicas pro commissionibus seu mandatis aut declarationibus huiusmodi, etiamsi motu proprio & ex certa scientia ac etiā ante motam litem à sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quaesitum quomodolibet tollatur.

Regula de Viginti.

Item uoluit quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquo & benefi-

beneficium, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commenda cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis dum esset sanus signata, & postea infra viginti dies à die per ipsum resignantem praestandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De Idiomate.

Item voluit, quod si contingat ipsum alicui personae de Parochiali Ecclesia, vel quouis alio beneficio exercitium cura animarum Parochianorum quomodolibet habente prouidere, nisi ipsa persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idama loci, vbi Ecclesia vel beneficium huiusmodi consistit, prouiso seu mandatum & gratia desuper quoad Parochialem Ecclesiam, vel beneficium huiusmodi nullius sint roboris vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum viuentium.

Item si quis supplicauerit, sibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuens vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouiso & quauis dispositio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo facienda nullius sint roboris vel momenti.

De vnionibus & vnionum confirmatione.

Item voluit quod petentes beneficia Ecclesiastica al'is vniri, teneantur exprimere verum. nnuum valorem secundum communem estimationem, tam beneficij viuendi, quam illius cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat, & semper in vnionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest: & idem voluit obseruari in quibusuis suppressionibus perpetuis, concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscunque fructibus & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus vnionum, singularumque dispositionum huiusmodi.

De mendicantibus transferendis.

Item de mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines transferunt pro tempore, voluit Constitutionem fel. reo. Martini Papae Quinti, Praedecessoris sui desuper factam, & in lib. Cancellaria Apostolica descriptam, qua incipit: *Viam ambitiosa cupiditatis*, & c. firmiter obseruari.

De male promotis.

Item de Clericis extra tempora à iure statuta, siue ante aetatem legitimam, aut absque dimissoriis literis ad sacros Ordines se promoueri facientibus pro tempore etiam voluit Constitutionem pi. mem. Pij Secundi similiter Praedecessoris sui desuper editam, & in dicto Cancellaria Apostolica libro descriptam, qua incipit: *Cum ex sacrorum Ordinum*, & c. pari modo obseruari.

De Monetis.

Item declarauit idem D. N. quod libra

Libra Turonen. paruum & florenus auri de Camera pro equali valore in concernentibus literas & Camera Apostolicam computari & extimari debeant.

De beneficijs vacaturis per promotionem ad Ecclesias & Monasteria.

Item praedictus D. N. Papa voluit, decreuit, & ordinavit, quod quaecunque concessione, gratia & mandata, etiam motu proprio & cum derogatione huiusmodi Constitutionis, qua ab eo pro quibusvis personis emanaverint de providendo eis de quibusvis beneficijs vacaturis per promotionem quorumcumque ad Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones & mandata diem promotionis promovendorum ipsorum praecesserint, nec non quaecunque collationes, provisiones & dispositiones pro tempore facienda de praemissis, ac quibusvis alijs beneficijs Ecclesiasticis, Sacularibus & Regularibus, quae per promovendos vel assumendos ad quascunque Pralaturas inter illarum vacationes, & huiusmodi promotionis vel assumptionis tempore, vel ex causa permutationis ubicunque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde secutis pro tempore sint cassa & irrita, nulliusque roboris vel momenti.

De non iudicando iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

Item cum ante confessionem literarum gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinavit idem D. N. quod iudices in Romana Curia, & ex-

tra eam pro tempore existentes, etiam si sint S. R. E. Cardinales, causarum Palatii Apostolici Auditores, vel quicumque alij, non iuxta supplicationum signaturam super quibusvis impetrationibus (nisi in dicta Curia duntaxat sint commissiones iustitiam coercentes per placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium iuxta facultatem super hoc sibi concessam signata) sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores & formas, iudicare debeant. Decernens irritum, &c. & si litera ipsa per praecipuum, vel alias minus bene expedita reperiantur, ad illorum quorum interest instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per eius Officiales quibus huiusmodi tenores & formas restringere convenit, ad formas debitas reducenda.

De regulis Cancellariae producendis.

Item attendens D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria Apostolica Regulis, & Constitutionibus imbi descriptis, faciliter per eos qui in Romana Curia indigerint ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret, quod super earundem Regularum & Constitutionum, quae iuxta varietatem occurrentium causarum & negotiorum aliquoties immutari convenit, probando tenorem vel effectum testium plerumque tenacem, de super memoriam non habentium depositionibus stari deberet, voluit, statuit, & ordinavit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus causarum Palatii Apostolici, & alijs (etiam si S. R. E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore

deputatis auctoritate Apostolica Iudicibus, etiam in causis actu pendentibus super huiusmodi tenore vel effectu probando duntaxat stet, fideiq; adhibeat scedula, seu scriptura desuper à duobus de maiori parte, quod danda sit, à tergo signata, & etiam à duobus alijs litterarum Apostolicarum Abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auscultata, & D. Vicecancellarij, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscripta, ut moris est. Quicquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris vel momenti.

De subrogandis Colligantibus.

Item D. N. cupiens litium succedere anfractus, & ne noui colligantibus aduersarij dentur providere, voluit, statuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quouis Ecclesiastico beneficio colligantem, in iure vel ad ius, si quod forsitan eius aduersario in dicto beneficio competierit, surrogari concesserit, (dummodo predictus colligans in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum aduersarium postquam illud per triennium pacifice possederit, si tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de premissis iuris, siue tunc vacet, vel cum vacauerit, impetrationes vel concessionis etiam motu proprio intra mensem ante concessionem huiusmodi facta, nullius sint roboris vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obuiare, qui uiuentium beneficia, illorum presertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vita periculum impetrant, ut illis decedentibus tanquam colligantes in eorum iuribus facilius subrogentur, voluit ut deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio de-

functi, quod illo uiuente in casibus premissis, vel similibus impetrauerit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia, si neutri, si nulli, seu noua prouisionis, aut perinde ualere, taliter impetranti nullatenus suffragetur: Quod etiam strictissime obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem & amotionem ex quibusuocriminibus & excessibus forsitan perpetratis, etiam si usque ad diffinitiuam sententiam, qua tamen in rem non transuerit iudicatam, processum foret.

Præter has autem reservationes reperiuntur plurimæ alix. Vnde primo beneficia vacantia propter crimen hæresis reservata sunt Sedi Apostolicæ, Constitutione Pij V. incip. Cum ex Apostolatus, de anno 1566. Kalend. Febr. & beneficia collata personis prohibitis propter genus, hæresin, vel à fide Apostolicam, ex Constitutione Greg. XIII. incip. In Ecclesijs, de anno 1580. Pont. ipsius ann. 9.

Reservata etiam sunt Sedi Apost. beneficia vacantia ob commissam Simoniam confidentialem, ex Const. Pij IV. & Pij V. supra à nobis relatis.

Reservata item sunt eidem sedi beneficia contra formam Concil. Trident. collata ab Ordinarijs Collatoribus, ex Constitut. Pij V. incip. In conferendis, quam infra referemus. Similiter & beneficia per resignationem vacantia, si non conferantur secundam præscriptam Constitutionis Greg. XIII. incip. Humano vix iudicio, de qua etiam inferius.

Affecta etiam beneficia per appositionem manus Papæ ipsi sunt reservata, nec inferior pro ea vice de eis aliqua ratione disponere potest. extrauag. Ad Romani de prob. comm. cap. vi nostrum. de appell. Innoc. Abb. num. 1. Vt si Papa

det beneficium in commendam, cessante commenda, censetur eo modo vacare quo vacabat eo tempore cum commendaretur, videlicet si fuit collationis Papæ, non nisi ab ipso conferri possit. *Dec. in cit. cap. vt nostrum. Rom. consil. 333. & cons. 350.* & e conuerso si beneficium fuerit dispositionis & iuris Ordinarij, cum commendaretur in casu quo commendare potest Ordinarius, cessante commenda censendum erit iuris Ordinarij, etiam si vacauerit in Curia Romana, vel aliqua alia superuenienti affectione reservatum videretur dispensationi Papæ. *ita Fed. de Sen. in tract. permut. quest. 15. Sarnen. in Reg. de trien. quest. 1. quod etiam fuisse retolutum in Rot. Rom. testatur Mohed. decis. 99. alias 4. de prob. Aemil. Verall. decis. 144. par. 1. Archil. de Grass. decis. 272. num. 6.*

Similiter erit beneficium affectum, si Papa in provisione de beneficio quam facit apponat decretum, vt in manibus ipsius resignetur, cum enim fuerit resignatum, à nullo poterit alio conferri, quam à Papa. Item si Papa confert inhabili, si beneficium collatum vacat propter inhabilitatem, pertinet ad dispensationem Papæ. Et si mandat alicui prouideri de primo vacante, primum vacans efficitur affectum & reservatum. *Aen. de Falcon. de reseru. pralud. 3. Mandos. in Reg. 4. Canc. quest. 4. Rebuff. in prax. sub tit. de reseru. à num. 30. Gonz. super 8. Canc. gl. 52. vbi viginti affectionis modos enumerat. cum decem limitationibus.*

Litigiosa beneficia Papæ etiam sunt reservata, quoad subrogationem nimirum, nam cum morienti vno ex collitigantibus non possit ab Ordinario alter subrogari. *cap. fin. vt lit. pen. in 6. Franc. ib. not. 2. Cancell. de attentat. 1. par. cap. 3. à num. 93. Papa tamen gra-*

tiosè subrogare potest alium eius loco. *Sarnen. in reg. de subrog. Gomez. in reg. de impetr. benef. per obitum. Mandos. in eadem Reg. quest. 9. à num. 5. & vt plurimum subrogat alterum collitigantem superuiuentem, iuxta regulam Canc. 28. de subrogan. collitigantibus. supra à nobis relata, præter casus in eadem Reg. expressos. Si etiam vterque collitigantium moriatur in Curia, Rom. beneficium illius litigiosum solus Papa confert: *Clem. 1. vt lit. pend. Couar. pract. quest. cap. 36. num. 7.* alioquin si non decedunt in Curia vel vnus collitigantium tantum ibi decedat, poterit collatio adhuc spectare aliqua ratione ad Ordinarium, iuxta distinctionem *Clemen. cit.* Imò licet Ordinarius non possit subrogare alium in locum collitigantis mortui, potest tamen suscipere defensionem litis defuncti, maxime si agatur de ipsius iure conferendi, eligendi, præsentandi & similibus, & postmodum si litem obtinuerit libere conferet beneficium huiusmodi, vt sunt *clari textus: cit. c. fin. in 6. & Clem. 1. vt lit. pend. cit.* quia nimirum non adimitur potestas Ordinatio conferendi beneficium litigiosum eum prohibetur subrogare in locum mortui *per cit. c. fin. vt lit. pen. in 6.* sed suspenditur donec litis sequatur eventus, *Simonet. de reseru. q. 10. nu. 5. Gomez. in reg. de trien. q. 31. nu. 9. Gonzal. super 8. Canc. S. 7. proem. nu. 113.**

Beneficia vacantia in Curia Rom. reservata sunt quoque dispositioni Papæ. *c. 2. de prob. in 6.* idque etiam si fuerint iurispatronatus. *Doct. cõmuniter in c. 2.* vt etiam Laicorũ, derogat enim quandoq; derogare potest Papa iurispat. Laicorũ. *gl. in Cle. si plures. v. Apostolicis. de prob. Innoc. in c. cum dilectus. de iurep. Abb. ib. num. 11. dummodo tamen id exprimat.*

- Abb. loc. cit. Lambert. de iurep. lib. 3. p. 3. q. 9. art. 2. Couar. pract. q. cap. 36. Tanto magis exprimere debet, si ius patronatus fuerit nobilium personarum; istorum enim iuri difficilius derogatur.
11. Rebuff. in prax. in 3. p. sign. nu. 61. Imò derogationes huiusmodi iurispatronatus non admittuntur in Gallia & Hispania, eorumque executionem impediunt regia tribunalia, vt testatur Rebuff. loc. cit. num. 36. præterquam si beneficium patronatus conferretur ex dispositione execrabilis. id. 16. num. 37. hoc idem docet Couar. pract. quest. c. 36. cit. Paris. de resig. lib. 2. quest. 4. num. 43. Iurispatronatus autem Regum & Principum etiam si beneficium vacet in Curia per mortem, nunquam derogatur, etiam si illud fuerit ex priuilegio, præscriptione siue ex usurpatione vt plerumque sunt iurispatronatus supremorum in Prouincijs Principum. Ioan. Andr. Gemin. & comm. Doct. in cit. cap. 2. de præb. in 6. Rebuff. loc. cit. num. 64. Couar. loc. cit. Paris. loc. cit. num. 47. idem Selu. de benef. p. 2. q. 13. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 3. q. 9. art. 11. Staphil. de sign. grat. de modo & form. impetr.
- 12.

13. Reseruatum præterea censetur beneficium Papæ si ipse præueniat in collatione ordinarium, datur enim ipsi præuentioni locus. cap. si à Sede. cap. dudum. loc. cit. de præb. in 6. sicut & Episcopus licitè potest præuenire suum vicarium generalem cui dederit facultatem cõferendi beneficia. gl. in cap. constitutus. de præb. v. canonicè. Rebuff. de Vicar. num. 89. in prax.

Reseruatur quoq; Papæ beneficia Curialiũ & accedentium ad Curia si decedant in locis vltra duas dietas à Curia nõ distantibus. extrauag. ad regim. com. de præb. sed hæc reseruatio ex maiori parte continetur in reseruationibus Re-

gularum Cancellariæ supra relatarum. Item reseruata sunt beneficia exemptorum & immediatè subiectorum Sedi Apostolicæ. cap. fin. de renunc.

Deuoluuntur demum gradatim ad collationem Papæ beneficia de quibus collatores ordinarij non prouiderint intra tempora statuta sex mensium. cap. postulatis. de conceß. præb. tempore tamen computato non a die vacationis, sed à die notitiæ. cap. licet. de suppl. negl. præl. Abb. in cap. ex parte nu. 13. de conceß. præl. & decisum fuit in Rota, in vna Toletan. beneficij. 18. Nou. 1578. coram Seraph.

Similiter si Ordinarius præsentatum à Patrono non restituat intra tempus debitum, deuoluitur potestas instituendi ad superiorem. Abb. loc. cit. num. 17. Et quidem si præsentatum ad curatum beneficium non instituat inera duos menses à data præsentationis, liberum est patrono recurrere pro institutione ad superiorem intermedium, vel etiam immediatè ad Papam ex Constit. Pij V. incip. in conferendis. quam infra referemus. Quod autem diximus supra reseruatis per execrabilem, ita demum censentur reseruata, si vacent ob non dimissionem spontaneam, alioquin enim si sponte dimittantur post assentionem incompatibilis alterius, possunt conferri per collatorem ordinarium. vt notat gl. in eadem extrauag. v. vt premititur.

Vltra autem reseruaciones Apostolicas limitatur secundo Episcopi facultas in beneficijs conferendis iurispatronatus, quo alicui competit ius nominandi personam idoneam instituendam in aliqua Ecclesia, vt definitur, iurispatronatus ab Hosti. in sum. tit. de iurep. in princip. Huiusmodi itaque iurispatronatus impeditur libera Ordinarij collatio, ad eò vt beneficium patronatum nemini con-

ferre

16. ferre possit, præterquam præsentato à Patrono, alioquin collatio esset nulla. *cap. decernimus. 16. q. 7. cap. ex insinuatione. iun. gl. v. contulisset. de iurep.* idque procedit quocumque modo vacauerit beneficium Patronatum, & etiam si vacauerit per resignationem, nam licet iuxta visitatorem doctrinam beneficium patronatum resignari possit, absque consensu patroni. *vt docet Calder. conf. 6. de renunc. & fuisse decisum in Rota, in vna Hispanen. 2. Dec. 1598. testatur Mohed. decis. 268. alias 6. de iurep.* adhuc tamen vacans post resignationem non posset conferri sine consensu Patroni. *cap. decernimus. cit. Abb. in cap. quod in dubijs. num. 6. de renunc. Franc. in cap. 1. n. 8. de rer. perm. in 6. Put. decis. 412. lib. 1. Mohed. decis. 267. alias 5. de iurep.* communemque opinionem hanc esse testatur Mandos. *conf. 7. num. 4.* Imò ne quidem permuari possunt beneficia patronata sine consensu patroni. *Fed. de Sen. in tract. permu. q. 30. Conar. pract. quest. cap. 35. num. 9. neque vniri. Abb. in cap. cum accessissent. num. 5. de Constit. Lambert. de iurep. lib. 3. q. 6. art. 2. Conar. loc. cit. neque commendari possunt beneficia patronata inscio patrono. gl. in cap. nemo deinceps. v. commendare. de elect. in 6. Paris. & per eum allegati de resign. lib. 2. q. 4. num. 13. neque pensio imponi potest beneficio patronato sine consensu patroni. Gig. de pens. q. 23. hæcque omnia procedunt etiam in patronis foeminis, illæ etenim sunt etiam capaces iuris patronatus, & præsentandi, *vt patet ex tex. cap. dilecto. de testibus. Abb. ib. nu. 2. & æqualiter reputantur.**
17. Ultra prædicta autem multas prærogatiuas alias habet Patronus in sua Ecclesia patronata. Potest enim denuaciarè beneficium si dilapidat bona beneficii sui, vel si scandalose viuit, habet ius
- 18.
- 19.

defensionis Ecclesiæ suæ: debetur illi honor præcedentiæ & locus primus in Ecclesia sua: si vergat ad inopiam, debet ipsi subueniri ex prouentibus Ecclesiæ, si nimirum super sit aliquid detractis expensis necessarijs pro Ecclesia. *cap. nobis. de iurepatr. Abb. ib. à num. 5. Mohed. decis. 340. alias 10. de iurep.* Possunt illi circa fundationem referuari aliqua honorantiæ siue fructus annuatim percipiendi in recognitionem patronatus. *cap. pia mentis. 16. q. 7. cap. Eleutherius. 18. q. 2.* quos fructus etiam vendere possent. *Abb. in cap. præterea 2. de iurepatronatus.* non potest tamen illi referuari conditio vt Eccl. diruta reuertatur dos ad ipsum. *Lambert. de iurep. p. 1. lib. 1. q. 5. art. 8. Anchar. conf. 297. num. 7.* Quia nimirum semel Deo dicatum ad vsus humanos non est amplius reuocandum. *c. semel Deo. de reg. iur. in 6. Innoc. in Rub. de iurep. num. 2. Roch. de iurep. verb. Ecclesiam fundauit. q. 3. Rot. diuers. 695. p. 1. nec potest referuari conditio vt beneficiarius sit ad nutum patroni amouibilis. Lambert. p. 1. lib. 1. q. 9. art. 2. de iurep. sed de his videatur idem Lambert. Roch. Curt. Paul. de Citad. de iurep. nostrum propositum non sinit diutius in istis immorari, quæ indigerent peculiari tractatu.*

Sicut autem Episcopus non potest instituere alium quam præsentatum à Patrono in beneficio patronato, ita & patronus non potest præsentatum suum præsentare alteri instituendum quam proprio Episcopo, *vt notat Abb. in cap. nobis nu. 5. de iurep. & nouissimi eundem ordinauit Concil. Trid. sess. 14. cap. 12. & 13. de ref. & si institutio ad tale beneficium patronatum ex aliquo speciali iure spectaret ad inferiorem Episcopo, & esset curatum beneficium, adhuc ius examinandi præsentatum super sufficientia, pertinet*

20.

net ad Episcopum, qui etiam repellere
posset præsentatum huiusmodi, si vide-
retur minus sufficiens. *id. Conc. sess. 25.*
cap. 9. de ref.

21. Acquiritur autem patronis ius patro-
natus ex fundatione, constructione, vel
dotatione Ecclesiæ. *cap. quoniam. iun.*
gl. v. fundatores. de iurep. cap. pie mentis.
iun. gl. 16. q. 7. alios autem modos qua-
rendi ius patronatus, sustulit Conc. Trid.
sess. 24. cap. 12. & sess. 23. cap. 9. de ref.
vbi etiam præscripsit modum probandi
ius patronatus, ut videlicet probetur per
scripturas authenticas, unde non suffice-
ret probare patronatus ius per testes, ut
22. declarasse Sac. Congr. Conc. testatur
Gonz. *super 8. Canc. gl. 18. num. 79.*

Si tamen ageretur possessio tantum,
non requirentur tam exactæ probati-
ones, nec teneretur possidens probare
titulum. *Aem. Veral. decis. 69. p. 1.* nec
posset remoueri à sua possessione licet
non deduceret probationes à Concilio
Tridentino, ut supra præscriptas, cum
possessionis sit magnum commodum.
Instit. de interd. S. retinenda. nec ab
ea de facili quis remouetur. *cap. consul-*
tationibus. de iurep. Unde in Curia Archi-
episc. Neap. resolutum fuisse, quod ex-
istente aliquo in quasi possessione iuris-
patronatus, si post præsentationem mo-
ueatur sibi lis, non debeat præsentato
ipsius retardari institutio, testatur Ge-
nuen. *in prax. cap. 63. num. 21. & nu. 3.*
vbi idem fuisse dicit responsum à Sac.
Congr. Conc. Et sufficeret hoc casu pos-
sessionem probare per testes, cum pos-
sessorium adhorreat altiore indagi-
nem. *Mohed. decis. 306. alias 4. de fide.*
23. *instrum. in fine.* & quidem sufficeret pro-
bare vnicum actum præsentandi sequu-
to effectu, hoc est institutione sequuta,
alioquin enim non sequuta institu-
tione ex solo actu præsentandi non

quereretur possessio. *Roch. de iurep. v.*
competens. num. 38. Caput. q. decis.
337. & 339. par. 2. Calder. conf. 12. de
iurep. Nau. conf. 3. num. 4. de iurep. in
antiq. Rota. diuers. decis. 318. p. 2. alio-
quin vnicus actus præsentandi sufficit
sequuto effectu ad querendam possessi-
onem, nisi constaret illum actum præ-
sentandi vi, aut clam, aut precario viur-
patum. *c. cum Ecclesia. iun. gl. v. trium.*
de causa poss. & propr. Abb. ib. à num. 20.
vbi ponit vires circa hoc distinctiones.

Sed ut ad propositum Concilij redeam-
us quod in probatione iuris. p. requirit
24. scripturas authenticas: Scriptura authen-
tica dicitur, quæ conficitur per actua-
rium publicum seu iudicem cum duo-
rum vel trium testium subscriptione
præsentiaue. *cap. cum à nobis. de testib.*
iun. gl. & alia gl. in c. 1. de fide. instrum.
v. si scripturam. Quoad propositum au-
tē scriptura authentica cenferetur Bulla
Episcopi, seu consensus in scripto datus
ad fundandum, construendum siue do-
tandum: facit enim plenam fidem in his
quæ fiunt sine figura iudicij sola scriptu-
ra cum sigillo Episcopi, præsertim in his
quæ pertinent ad officium ipsius, & ver-
tuntur inter eis subditos. *cap. cessionem.*
iun. gl. v. literas. de probat. Felin. Dec.
ib. Nau. conf. 1. de fid. instrum. in antiq.
Gram. conf. ciuil. 24. col. 2. Cas. de Grass.
decis. 168. alias. vn. de Paroch. Mohed.
decis. 128. alias. 21. de renunc. Aem. Veral.
decis. 87. p. 3. Rom. sing. 341. unde cre-
ditur Episcopi literis attestantibus de
præsentatione oblata & institutione fa-
cta. *Bullam. decis. 211. Mascard. de prob.*
concl. 991. creditur etiam literis Episco-
pi narrantibus vnicò contextu renanci-
ationem in eius manibus & collationem
factam, certo in eisdem literis expresso
tēpore. *Pur. decis. 284. l. 1. Caput. q. decis.*
87. p. 3. Mascard. de prob. conclus. 488.
NUM.

nam. 1. Gemin. conf. 37. col. 3. Sic etiam probatur Clericatus solis literis Episcopi. *gl. in cap. inter quatuor. de Cler. peregr. Mohed. decis. 128. alias 21. de renunc. quæ autem requirantur ut sigillum Episcopi dici possit authenticum, videri possunt Abb. Felin. & DD. in cap. post cessionem. cit. & in cap. scripta. de fid. instrum. specul. in tu. de procur. §. ratio autem. & in titul. de probat. §. fin. tutius autem est, ut Episcopus actus omnes quos extrahit sub sigillo suo, faciat subscribi à Notario publico, vel testibus, vel illos curet extendi per instrumentum publicum notarij, stante præsertim magna in DD. controuersia, quibus nã casibus literis & sigillo Episcopi absq; Notarij publici & testium subscriptione sit credendũ; tũ quia & scriptura solius Episcopi potest reprobari per testes. *c. cum à nobis. de testibus. Abb. ib. à n. 2. tanto magis quod plures consentiunt in multis huiusmodi literis fidei non adhibendam, præsertim in collationibus & resignationibus beneficiorum vbi agitur de præiudicio tertij. Card. Paris. conf. 236. n. 31. vol. 4. Dec. conf. 463. Alex. conf. 112. lib. 7. maxime verò vbi adest suspicio fraudis, vel antidata. Felin. in cit. cap. post cessionem. à num. 8. Rip. in l. admonendi. num. 141. ff. de iur. iuran. Selu. de benef. 3. p. quest. 23. Crescent. decis. 157. alias 13. de prob. vnde non creditur ipsis contra prouisum Apostolicum. Mascard. de prob. conclus. 988. num. 3. Bella. decis. 321. Mandos. conf. 50. & est vulgaris Romanæ Curie vsus, de quo testatur Rot. decis. 1. de prob. in antiq. Similiter non creditur literis Episcopi attestantibus resignationem coram ipso factam per procuratorem habentem mandatum, nisi constet de mandato. Put. decis. 400. num. 4. lib. 1. Mascard. de prob. conclus. 1227. à num. 36. Bellam. decis. 253. nec cre-**

ditur literis huiusmodi attestantibus de resignatione facta, vbi posset adeste suspicio fraudis. Mascard. cit. conclus. 988. Paris. de resig. lib. 8. quest. 11. num. 41. quæ fraus facile præiudicatur in allegatione renunciationis cũ beneficio multis iudoribus quæsito non facile quis renunciare præsumatur. Abb. in cap. super hoc. de renunc. not. 2. Card. Paris. conf. 10. num. 64. vol. 1. idcirco non creditur resignationem alleganti, nisi illam probet. Mascard. de prob. conclus. 1263. & 1272. & esse communem DD. opinionem testatur Paris. de resig. loc. cit. circa finem. vbi tamẽ cessant suspiciones fraudis vel vbi ad sunt adminicula excludentia fraudem, creditur per omnia literis Episcopi. Achil. de Grass. decis. 7. & 8. de prob. Caput aq. decis. 146. lib. 1. Mascard. de prob. conclus. 991. Put. decis. 101. & 136. lib. 2. & similiter plene creditur talibus literis in præiudicium scribentis. Abb. in cap. 2. num. 2. de fid. instrum. Mascard. conclus. 626. de prob. Et hæc de literis Episcopi.

Non solũ autem originalis scriptura probat, sed etiam exemplificata per Notarium publicum, in casu si originalis vestitate consumatur, vel si exemplatur eo quod timeatur periculum deperditionis: dum modo tamen exempletur auctoritate ordinarij. *c. fin. de fid. instrum. Abb. ib. num. 7.*

Libri quoque Notariorum in quibus extenduntur consensus dati ad fundandũ, dotandũ, construendũ, & generaliter in quibus connotantur facta seu concessa per ordinariũ, censentur authentici. *cap. quoniam. de prob. in gl. v. duos. creditur enim libris officialiũ in his quæ spectant ad eorũ officiũ. Barr. in l. quoddã. §. numularios. ff. de eden. Menoch. de arb. casu. 91. n. 3. Alex. conf. 136. l. 2. Rom. conf. 319. Fed. de Sen. conf. 119. præsertim si libri tales reputantur communiter pro continen-*

inentibus acta officij. *Gemin. conf. 15. nu. 19. vel si habentur pro actis publicis, omnia enim acta publica censentur authentica. Dec. in c. 2. de fid. instrum. nu. 2.*

27. Libris item Chronicorum seu Historiarum plenè probatur erectio seu fundatio alicuius beneficii, vt fuisse decisum in Rota in vna solet. coram Acorambono. 8. Iuny. 1552. testatur Aemil. Vera. decis. 162. p. 2.

28. Libris item antiquis, vel etiam Censuibus Canonorum vetustis, & præsertim si asseruantur in loco non suspecto, probantur fines Decisum. c. sane 24. q. 2. un. gl. v. eorundem. c. cum causam. de prob. c. ad audiendam. de script. Inuoc. Abb. ib. & arg. l. illat. c. de fid. instrum. Creditur & libris Visitationum, sed quoad visitationem personarum, Sacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium Visitationis, vt tenuisse Rot. in vna Conquen. coram Veltano, refert eit. Aemil. Vera. decis. 160 p. 2. Ad probandum autem iuspatronatus non esse sufficientes eosdem libros Visitationum cum fiant sine causæ cognitione, contēdit Genuen. in prax. c. 63. num. 17. Sed in istis & alijs quibusvis scripturis attendenda est locorum consuetudo, quæ si obtinuerit fidem adhibendam aliquibus libris vel scripturis, censentur authentici libri & scripturæ huiusmodi: consuetudo enim potest dare fidem scripturæ alias non authenticæ. c. cum dilectus de fid. instrum. Abb. ib. nu. 5. Rota. diuers. decis. 789. p. 1. Tanto magis si concurrant adminicula, vt quod scriptura sit antiqua, & de facto antiquo, vel si ad fiat testes, fama. c. cum causam. de prob. & l. instrumenta. C. eo. tit.

29. Pro authenticis documentis etiã habentur dicta testium, si scripturæ deperdantur, & res sit antiqua. c. cum olim. de priuil. Innoc. Abb. & gl. ib. æquivalent

instrumentis depositiones testium. l. in exercendis. C. de fid. instrum.

30. Sufficit autem in probatione iuspatronatus, si probetur fundatio, licet nõ appareat de reservatione iuspatronatus. Sola enim fundatione quæritur, licet specialiter non referretur iuspatronatus, cum sit quid consecrationum concessione data ad fundandam, & hoc ipso transmittitur ad hæredes. Abb. inc. significauit. de testib. Lambert. de iurep. p. 1. quest. 2. art. 3. lib. 1. Calder. de iurep. conf. 3. Staphil. tit. de prerog. iurisp. nu. 5. Rota. decis. 222. p. 1. & decis. 85. par. 2. diuers. Secus in iurepatronatus ex dotatione, non enim quæritur iuspatronatus ex dotatione qualibet, vel ex ea quod donatur quid modicum. vt notat gl. in cap. quicumque. 16. quest. 7. sed illa tantum quæ fit non vi donationis, sed in dotem circa Constitutionem Ecclesiæ. cap. pia mentis. 16. quest. 7. Abb. conf. 106. num. 2. par. 2. vel ex illa quam concedere potest Episcopus tantum in casu quo Ecclesia esset prorsus indotata. Roch. de iurep. q. 2. ver. dotauit. & fuisse decisum in Rot. coram Millino Anno 1599. in vna Sarnen. nimirum quod non potuerit per augmentum dotis acquiri iuspatronatus in beneficio simplici habente dotem 16. ducatorum, refert Genuen. sapius. cit. in prax. cap. 100. in fine. similiter non ex qualibet constructione acquiritur iuspatronatus, sed ex ea tantum quæ fit de nouo, vel priorē Ecclesia funditus diruta & prostrata: idque cum consensu Episcopi permittentis constructionem cum conditione acquirendi iurisp. nam non sufficeret, si Ecclesia esset lacera, vel si careret recto, vel similibus, & repararetur, ex tali enim reparatione iuspatronatus acquiri non posset. gl. sing. in cap. quoniam. de iurep. Abb. ib. num. 8. Rot. diuers. decis.

306. & 558. par. 1. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 1. quest. 6. art. 63. E. hoc utroq; casu, tam dotationis quam reparationis deberet prius moneri patronus, si quis fuerit Ecclesie indotatae vel diruta, vt doret vel repararet sufficienter. arg. tex. cap. cum sicut. de consecr. Eccles. & demum si renuerit reparare, concedenda reparatio alteri cum acquirendo patronatu, ita nimirum vt prior Patronus definat esse Patronus collapsae Ecclesie si non curat reparandam; nisi habuerit patronatum, non ex sola constructione, sed etiam ex dotatione, tunc enim no amitteret utiq; in toto suum iuspatronatus, sed tamen & construens de nouo acquireret communicationem istius patronatus, nec repugnaret esse duos patronos in vna eadem Ecclesia, cum possint esse etiam plures ex pluribus causis diuersis. Abb. conf. 106. cit. & in c. cit. quoniam. de iurep. nu. 9. & 11.

32. Est & alius modus probandi iuspatronatus a Conc. lo. sup. cit. praescriptus, vt videlicet probari possit per multiplicatas praesentationes cum praescriptione temporis immemorabilis. Sed ad hoc requiritur, vt praesentationes praecesserint continuatae per annos ad minus 50. & quod sortitae fuerint suum effectum. Calder. de iurep. conf. 12. Dicuntur autem praesentationes sortitae effectum, quando illorum virtute secuta fuit institutio, & possessio beneficii apprehensa, vt etiam supra notauimus. Crescen. decis. 5. de iurep. Caput. ag. decis. 131. & decis. 418. p. 2. Oldrad. conf. 229. Rot. diuers. decis. 167. p. 1. Immemorabilis vero computanda est ad diem motae litis, vt declarasse Sac. Cong. Concil. testatur Gonz. cit. gl. 18. num. 89.

Hactamen immemorabilis non suffragaretur etiam cum praesentationibus continuatis, quando constaret de initio

inualido, vt si constaret iuspatronatus fuisse usurpatum, vel ex priuilegio, tamen enim iuspatronatus non obstante praescriptione abrogauit Conc. Trid. lo. sup. cit. vt obseruat Couar. in Reg. possessor. p. 2. §. 3. Genuen. lo. cit. nu. 5. hocq; idem respondisse S. Cong. Conc. testatur Gonz. lo. cit. n. 48. Tanto minus prodesset immemorabilis, si appareret intercessisse malam fidem. c. fin. de praescrip. & c. 1. eo. tit. in 6. Genuen. lo. cit.

Probatam autem immemorabili praesumetur iuspatronatus fuisse ex foundatione, licet hoc non appareret. Cassid. decis. 7. de iurep. Rot. diuers. p. 1. decis. 792. in fin. idemq; respondisse S. Cong. Conc. refert Genu. lo. cit. in prax. c. 63. nu. 14. Si nimirum iuspatronatus fuerit alicuius priuatae personae. Crescen. decis. 1. de iurep. alioquin enim si iuspatronatus fuerit Principum, Magnatum, vel alicuius vniuersitatis, praesumetur potius ex usurpatione, praesertim si fuerit in locis, in quibus huiusmodi Magnates exercent iurisdictionem. Ant. de Butr. in c. dilectus. nu. 12. de off. leg. Put. decis. 59. lib. 1. Mohed. decis. 2. & 10. de iurep. Lambert. de iurep. q. 11. art. 7. p. 2. lib. 1. prout in Italia, vbi iuspatronatus in personis potentioribus & communitatibus etiam parnorum locorum praesumuntur communiter usurpata. Achil. de Grass. decis. 317. alias 4. de iurep. Aem. Verat. decis. 128. par. 2. & in facto resolutum fuit in Rot. in vna Bononien. coram Gipsio. 20. Mart. 1589. & idem habetur decis. 229. & decis. 407. Rot. diuers. p. 1.

34. Non requiritur autem talis rigor in probando iuspatronatus, si agatur non contra Ecclesiam, sed tantum inter ipsos Patronos seu praesentantes. Lambert. lo. cit. par. 1. lib. 1. art. 5. quest. 11. Mohed. decis. 133. alias 5. de appellat. Cassid. decis. 1. de prob. Rot. locis cit. par. 1. diuers. hoc-

que idem decifum fuiffe in Rota in vna
Firma iurisp. coram Pamphilio 12. Iu-
ny. 1588. & alia Lauden. coram Orano.
28. Iuny. 1595. testatur Genuen. in prax.
c. 100. nu. 2.

35. Descendentes autem patroni ultra
prædicta requisita probationum, tenen-
tur etiam probare ius deuolutionis ius-
tum quo efficiuntur patroni. Et quidem
deuolutionis sunt modi plures. Vt pri-
mo deuoluitur ius patronatus cum hæ-
reditate. cap. quoniam. cap. cum seculum.
iun. gl. v. emptorum. de iurep. Et cum pro-
bari debet eum qui ius patronatus præ-
tendit, esse hæredem successoris; sola
enim sanguinis hæreditas non tribuit
ius patronatus. Vnde filia dotata nõ suc-
cedens Patri extantibus masculis, & fi-
lius qui repudiavit hæreditatem Patris,
repelluntur à iure præsentandi. Abb. in
c. cum seculum. cit. Zecchus de benef. c.
12. nisi testator ordinauit, vt in iure-
patronatus succedant omnes hæredes
sanguinis. Anch. consl. 81. Similiter licet
in iure patronatus succedatur in stirpes
non in capita. Clem. plures. de iurepatr.
tamẽ si ius patronatus debeatur iure do-
nationis, vel legati facti toti alicui fami-
liz, omnes de familia in capita æquẽ
succedunt. Lambert. de iurep. p. 2. lib. 1.
art. 25. quæst. 1. princip. Donatum etiam
ius patronatus communitati vel Colle-
gio, ad omnes æquẽ pertinet; non tamẽ
singulariter ad singulos, sed collectiue,
ita vt tota communitas constituat vnũ
actum præsentationis, & vnã vocem.
Felin. in c. pastoralis. 1. de rescript. num. 9.
Cassad. decif. 2. de iurep. Selua. de benef. p.
2. q. 17. à n. 14. Rot. diuers. decif. 408. p. 1.

36. Deuoluitur etiam ius patronatus Le-
gato, vel donatione. c. ex insinuatione. de
iurep. sed requiritur consensus Episcopi,
si donetur Laico vel Clerico nomine
proprio iuxta cõmuniorẽ opinionem,

quam firmat Abb. in c. cum seculum. sup.
cit. n. 6. & in Clem. fin. de iurep. nu. 7. &
Rot. diuers. decif. 574. p. 1. Licet si done-
tur Ecclesiæ vel dignitati Ecclesiasticæ
et à sine cõsensu Episcopi donatio sit va-
lida. gl. in cit. c. ex insinuatione. v. contu-
lisset. de iurep. Abb. lo. cit. Ioan. Andr. ib.
Similiter valida cõtetur donatio iurisp.
sine consensu Episcopi, si fiat comparato.
Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. de const. n.
89. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 2. q. 1. art.
12. hancq; opinionem magis cõmunẽ &
approbatã in Rot. Rom. testatur Achil.
de Grass. decif. 323. alius 10. de iurep. &
Aemil. Vera. decif. 132. p. 2. Casu vero
quo requireretur in huiusmodi dona-
tionibus consensus Episcopi, sufficit si
subsequatur. Fed. de Sen. in tract. perma.
q. 15. & 54. Genu. sup. cit. c. 63. nu. 20. vt
etiam collatio beneficij patronati in luo
patrono facta, conuadatur patroni cõ-
sensu superueniente. Hostien. in sum. S. fin.
vers. quid si Ecclesia vacante. de iurep. Fe-
lin. in c. cum. Bertoldus. num. 9. de re iud.
Ioan. Andr. in c. per nostras. de iurep. Dũ-
modo tamen subsequatur consensus E-
piscopi viuente patrono, alioquin enim
illo mortuo consensus dari non possit
ia præiudicium heredis. arg. l. fin. ff. com.
prad. Host. in sum. tit. de præscrip. rer. im-
mob. S. qua res præscribi possunt. vers. has
autem. Hoc idem multis probat Abb. q.
5. incip. Augerio. Lambert. de iurep. p. 2.
lib. 1. art. 17. sed contrarium tenet Dec.
consl. 639. nu. 4. Roland. consl. 97. à n. 37.
vol. 1. Selua. de benef. q. 6. nu. 11. hancque
posteriorem opinionem magis cõmunẽ
& probatã à Rot. in vna Pientina
beneficij coram Coccino, anno 1609. re-
fert Genuen. lo. sup. cit. c. 63. num. 28.

Deuoluitur item ius iuspat. vendita hæ-
reditate. c. cum seculum. cit. si nimirum
venditur ille locus vbi sita est Ecclesia
patronata vniuersaliter, alioquin enim
si ven-

si vendantur aliqua partes vel iura aliqua, non censetur transire iuspat. cum venditione. *Abb. in c. ex literis. nu. 10. de iurep.* Nec transit cum venditione vniuersitatis bonorum, si expressè excipiat. *s. ex literis. cit. Abb. ib. nu. 1.* verum nisi excipiat expressè, transit cum donatione vel venditione vniuersitatis bonorum. *Abb. lo. cit. Put. decis. 351. lib. 2. & tenuisse Rot. in vna Cremonen. coram Seraph. 5. Mart. anno. 1586. testatur Genuen. in prax. cit. c. 101. num. 3* Nec requiritur Episcopi consensus cum venditur iuspat. cum vniuersitate bonorum. *Abb. in cap. illud. nu. 4. lo. cit.*

37. Ipsam autem iuspatronatus per se vendi non potest absq; labe Simonie, & vendens patronus illo priuaretur ipso facto, rediretq; Ecclesia ad libertatem. *s. quia Clerici. c. de iure. lo. cit. de iurep.* Imò etiam donationem iurispat. propter seruitia, & in recòpensam meritorum esse Simoniacam iudicant Rot. in vna Callaguriana præminentiarum. 24. April. 1592. coram G. pio. vt refert Genu. in prax. cit. c. 102. nu. 3.

38. Et non solum cum venditione, sed etiam cum feudo & Emphyteusi, vel alio vili Dominio transit iuspat. cum seculũ. *cit. DD. ibid.* Transit & cum sequestro ad illum penes quem est sequestrum, sine sequestratur per se, siue cum vniuersitate bonorũ. *Lambert. de iurep. p. 2. lib. 1. art. 3. q. 9. princ.* Non tamen transit in locatorem cum locazione bonorũ. *Lambert. de iurep. p. 1. li. 1. art. 2. q. 8. princ. Roch. de iurep. v. ipse velus à quo. q. 26. præsertim si locator sit ad breue tempus.* Nec transit pignorato feudo ad creditorem, cum creditor nõ faciat pignoris fructus proprios. *Abb. in c. ex literis. n. 5. de iurep.*

39. Deuoluitur & cum confiscatione bonorum. *Abb. in c. cum Clerici. & in c. no-*

bis. nu. 3. de iurep. Idq; etiam si per sententiam Iudicis secularis fiat confiscatio. Solo tamen iurep. absque abiudicatione vniuersitatis bonorum, non potest quis priuari per sententiam Iudicis secularis. *Abb. in c. cum Clerici. cit.* Nõ solum autè transit cum alienato fundo, sed quãdoq; amittitur sine amissione bonorũ, sicuti patronus occidens Sacerdotem vel Clericum Ecclesie suæ, amittit iuspatronatus, & ipsius filij vsq; ad quartam generationem efficiuntur inhabiles ad ordines & beneficia. *c. in quibusdam. de pœnis. Abb. ib. nu. 1.*

Amittitur iuspat. & propter hæresim, infidelitatem, seu à fide apostasiam. *Abb. in c. nobis. de iurep.* Hæreticus enim & infidelis, vel Iudæus, est incapax iuspat. nec illud aliquomodo acquirere potest, vt colligitur ex tex. iur. gl. in c. maximum. 1. q. 7. *Abb. in cit. c. nobis. nu. 3.*

Similiter & excommunicatus amittit iuspat. quoad effectum tamen exequutum tantũ, ita quod non possit præsentare quam diu est excommunicatus, & si præsentat, præsentatio eius est invalida. *Abb. lo. cit. Lambert. de iurep. p. 1. lib. 2. q. 2. princ. art. 2.* Imò & institutio quæ lequeretur ex præsentatione data ab excommunicato, esset omnino nulla, vt notat. *Nau. cons. 2. de iurep. in antiq.*

Et vt finem faciamus materiae iurispat. quæ diffusior est, quam vt instituto nostro comprehendi possit, illud iterũ notemus, iuspat. esse adeo priuilegiatũ, vt neque collatio ordinarij illud impedire possit, neque reservationes Papæ illi derogare censeantur, nisi hoc Papa exprimat, & hoc indulgent iura Laicis quæ alliciantur ad subueniendam Ecclesijs. vt not. gl. v. collatio. in cap. 2. de præb. in 6. *Franch. ib. nu. 8. Staph. lo. sup. cit. de prærog. iurispat.* Tanto magis si iuspatronatus

fuerit Regum seu aliorum supremorum Principum, isti enim ne quidem Concil. Trident. loc. sup. cit. dicta sua ordinatione de modis probandi iuspatr. derogauit, vt patet ex text. ipsius Concil. & semper cenetur exceptum à derogationibus etiam expressis quaecumque illud sit. Lambert. de iurep. par. 3. lib. 1. quest. 9. art. 1. Staphil. sup. sing. grat. de modis impetr. Couar. pract. q. c. 36. Card. Paris. cons. 114. à num. 14.

Iuripatronatus tamen Ecclesiastico seu quod Clerico competit ratione alicuius beneficii Ecclesiastici, derogari solet. cap. dilectus. de preb. Et quidem etiam per simplicem collationem Papæ absque aliqua expressione cenetur illi derogatum. Cassad. decis. vlt. de iurep. illiq; derogari per regulas Cancellariæ multis probat Gonz. cit. gl. 18. à princ. sed hoc speciale videtur habere iuspatronatus Ecclesiasticum, quod illi non cenetur derogatum, illo textu Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. de res. vt resolutum fuisse in Rot. in vna Tirasonensi. iurispresentandi. coram Bubalo. 25. May. 1588. refert Genuen. in cit. prax. cap. 100. num. 10. Si verò iuspatronatus pertineat ad Clericum ratione proprii patrimonij vel bonorum quorumcunq; Sæcularium, censebitur per omnia vt laicale, nec illi derogari solet. gl. sing. v. presentare. in cap. cum dilectus. de iurep. Abb. ib. num. 4. Couar. pract. quest. cap. 36. Staph. loc. sup. cit. num. 2. Itidem si Clericus insimul cum laico sit patronus, gaudebit priuilegio laici nec afficietur reservationibus. Sicut & è conuerso laicus tali casu gaudebit priuilegio Clerici in fauorabilibus. vt latè Felin. in tract. quando lit. Apostol. noceant. limit. 3. vbi dicit opinionem hanc esse communem. Idem tenet Couar. loc. cit. nu. 3. Roch. in tract. iurisp. q. 7. Lambert. eodem tract.

p. 3. lib. 2. q. 9. art. 9. Achil. de Grass. decis. 316. alix 3. de iurep. Cassad. decis. 7. de iurep. Mandos. in 1. Reg. Canc. quest. 8. à num. 8. Redoan. in tract. de reb. Eccl. non alien. quest. 31. num. 9.

Tertio limitatur Episcopi potestas in conferendis beneficijs, priuilegijs Legati à latere vel Legati missi seu Nuncij, isti enim conferre possunt beneficia prouincie in qua sunt Legati si ipsis à Sede Apostolica fuerit concessum, vel iuxta distinctionem. cap. 1. de off. leg. in 6. & cap. si à Sede. de preb. ibid. in 6. Abb. in cap. fin. num. 8. de confir. vt vel inut. & in cap. dilecto. num. 4. de preb. Paris. de resig. lib. 7. q. 13.

Similiter limitatur Episcopi potestas in beneficijs conferendis priuilegijs particularium, puta Prælatorum, aliorum vt Abbatum, Priorum. isti enim habent quandoque particularia priuilegia super aliquibus beneficijs conferendis. arg. text. Clem. vn. de suppl. negl. prel. Abb. in c. Abbatem. num. 1. de rescrip. vel si capitulum habeat liberam electionem aliquorum beneficiorum. cap. cum in Ecclesijs. de preb. in 6. c. si capitulo. de concess. preb. ibid. in 6. vel si vnà cum Episcopo conferre soleat capitulum. cap. postulastis. de preb. Imo omnes præbendæ Ecclesiæ Cathedralis præsumuntur de iure esse simultaneæ collationis Episcopi cum capitulo. Put. decis. 172. lib. 3. Cassad. decis. 22. de preb. vel si habeat alternatiuam collationem Episcopus & capitulum. arg. text. cap. vlt. de preb. in 6. un. gl. v. statuto. sicut & plures Patroni vnus Ecclesiæ, possunt inter se instituere alternatam de presentando. Clem. fin. de preb. Abb. in cap. querimoniam. num. 5.

et. it.

ARTI-